

tum. Ii qui tandem missi sunt, mille & quingenti fuerunt: reliqui diuturni carceris fætore ac tædio, &, ut quidam tradidere, nimia crapula extinti sunt. Tradunt ad hæc, periisse eo bello supra octo millia Ligustici nominis, Venetorum dimidio minus. Patres defuncti bello, ut fides sibi publica constaret, ad triginta eorum, qui medio ardore belli Rempublicam privato sumptu juverant, ad patriciatum traduxere: reliquis quina millia quotannis dividenda in perpetuum decreta. Qui inter patricios relativi sunt, antequam curiam ascenderent, divinæ rei interfuerunt: inde ad Principis & Patrum conspectum adducti, in aliena verba jurare coacti, fidem & silentium Reipublicæ promisere. Jacobum Caballum Veronensem, ob strenuam fidamque operam eo bello Veneto nomini navatam, hac quoque dignitate donatum Chinatius scribit.

1381

*Patricia  
dignitate  
donantur,  
qui præ aliis  
belli tempore  
Rempubli-  
cam juve-  
runt.*